



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 73. Bedæ molima pro condemnandis omnibus Erasmi libris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

ciarunt, & habetur in secundo Tomo Sæcul. XVI.  
operum Lutheri, latinæ editionis Je- A.C. 1527.  
nensis, necnon in apparatu Patris *P. Nourri*  
Nourrii. *apparatus ad  
Biblioth.*

§. LXXIII.

*max. Veter.*  
*Patr. an.*

*Bedæ molimina pro condemnandis* <sup>1694.</sup>  
*omnibus Erasmi libris.*

In Galliis Natalis Beda Theologiæ Do- *Chevellier.*  
ctor, ac Facultatis Parisiensis Syn- *orig. de l'im-*  
dicus nondum contentus erat, quod e- *prim.*  
ius instinctu Erasmi colloquia unacum *Erasm. l. 19.*  
propositionibus inde depromptis censu- *ep. 162. p. 877*  
ris perstricta, ac damnata fuerint; qua- *ep. 71. p. 886.*  
propter omnia opera hujus Auctoris *ep. 13. l. 24.*  
*p. 1309.*  
altera jam censura notari procurabat,  
quæ quidem a Facultate jam hoc anno  
die decima sexta Decembris pronuncia-  
ta nonnisi quarto post anno promul-  
gata fuit. Hanc in rem Beda rursum  
eadem accusationum capita produxit,  
*diversis tamen paululum verbis,* ut inquit  
Erasmus in quadam epistola. Ceterum  
Beda nullum omnino artificium præter-  
misffe videtur, ut illius, qui ex alieno  
libro propositiones deprompsit, infidel-  
itatem imitetur; studiose enim suppri-  
mit ea, quibus verus accusati sensus  
vindicari, & accusatoris calumnia de-  
tegi posset, addidit vero de suo, quæ-  
cunque

**Sæcul. XVI.** cunque ad comprobandum accusationis  
**A. C. 1527.** æquitatem opportuna censuit, ad alienum quoque sensum detorsit ea, quæ in longe alio prolata fuere. Utebatur insuper alia adhuc arte; quippe quosdam selegit articulos, quos latine redditos ad Curiam transmisit, ut Proceres totamque Franciam contra accusatum concitaret, huncque auctorem Regis Christianissimi Curiæ exosum redderet; eo enim ex fine carpsit titulum Regis Franciæ, quem Erasmus Angliæ Regi, cui librum suum nuncupavit, ascribere audebat. His artificiis suffulatus Beda, quodammodo voti sui compos factus Theologicam Facultatem induxit, ut Mense Decembri adversus Erasmi librum censuram pronunciaret.

### §. LXXIV.

#### *Parisiensis Facultatis censura adversus libros Erasmi,*

*Argentre  
coll.jud.de  
nov.error.  
tom.2.p 53.  
& seq.*

In ea præprimis Facultas hunc in modum edifferit: *Cum a nobis Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto circa finem Julii a multis & gravibus personis quereretur, quid sentiendum foret de quibusdam propositionibus excerptis ex Paraphrasibus Desiderii Erasmi in novum testamentum, & similiter de aliquibus aliis extractis ex quodam ejus libello dictarum pro-*